

ZU DEN AUSGLEICHSVERHANDLUNGEN  
LUDWIG'S D. B. MIT PAPST BENEDIKT XII. IM JAHRE 1336.  
VON  
Dr. Fr. X. GLASSCHROEDER.

---

Als Ludwig der Bayer im Herbste 1336 seine vierte Gesandtschaft (Wilhelm von Jülich, Ruprecht von der Pfalz, Ludwig d. Ä. u. Ludwig d. J. von Ottingen, Markwart von Randdeck, Heinrich von Lipplingen und Meister Ulrich von Augsburg<sup>1)</sup>) an Benedikt XII. abordnete, machte er der Kurie seine Angebote wie er das schon im Herbste 1335 und im Frühjahr 1336 gethan hatte, in zwei Vollmachten, welche er den eigentlichen Trägern der Gesandtschaft, Wilhelm von Jülich und Ruprecht von der Pfalz ausstellte. Die Eine enthielt die Genugthungsakte, zu denen er sich verstehen wollte, die Andere die politischen Concessionen, die er als Gegengabe für die Losprechung von den kirchlichen Censuren und die Anerkennung als römischen König zu machen bereit war. Von diesen beiden Vollmachten waren uns bisher bekannt: 1) die dürftigen

---

<sup>1)</sup> Vgl. Glasschroeder, Markwart v. Randdeck Bischof v. Augsburg u. Patriarch v. Aquileja I. Theil. in der Zeitschr. d. hist. Vereins für Schwaben u. Neuburg. Jahrg. 15. (1888). Exkurs I. C. I. p. 71. f. —

Auszüge, welche 1366 auf Befehl Urbans V. in Avignon gefertigt wurden (gedr. bei Muratori *Antiquitates Ital.* VI. S. 190 VIII E. u. S. 189 IX. C.) u. 2) die deutschen Uebersetzungen, welche S. Riezler aus dem kgl. bayr. geheimen Hausarchiv zu München in seinem Buche: « Die literarischen Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwigs d. B. », Beilage 3. A. S. 312-28 veröffentlicht hat. Den lateinischen (ursprünglichen) Text besassen wir bisher nur von der Vollmacht disciplinären Inhalts (gedr. bei Raynald *Annales eccles.* 1336 § 31-38 u. vollständiger bei Bzovius *Annales eccles.* 1336, § 4). Gelegentlich der Studien, welche ich letztes Frühjahr im Auftrage der Görres-Gesellschaft in den Archiven und Bibliotheken Roms machte, war ich so glücklich, auch den *Originaltext* jenes Procuratoriums zu finden, in welchem Ludwig die Angebote *politischer* Natur machte. Die an Handschriften so überaus reiche Barberini'sche Bibliothek enthält unter der Signatur: Cod. XXXII, 218. einen Papiercodex aus dem 17. Jahrhundert, in welchen auf 158 Blättern in 4° die wichtigsten Privilegien eingetragen sind, welche die Kaiser im Laufe des Mittelalters den Päpsten (besonders betreffs des Kirchenstaates) verliehen haben. Unter diesen Privilegien findet sich auf. Fol. 72-91 unser Procuratorium, dessen Wortlaut sofort hier folgen mag:

*Sanctissimo in Christo patri domino nostro domino Benedicto duodecimo divina providente clementia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus filius suus devotus cum sui et regni Romani recommendatione devota pedum oscula beatorum.*

Noverit sanctitas vestra nobis quamplurimum veneranda, quod nos confisi de fidelitate, providentia et sinceritate illustrium virorum Willelmi comitis Juliacensis<sup>1)</sup> principis et

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *Julianensis*.

affinis nostri ac Ruperti comitis Palatini Reni et ducis Bavariae principis et patrui nostri, secretariorum nostrorum specialium et fidelium dilectorum mandatum nostrum sponte recipientium in praesentia notariorum publicorum et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum fecimus et constituimus, et per nostras litteras facimus et constituimus, creamus et ordinamus modis omnibus quibus de iure melius facere possumus et valemus, nostros veros,<sup>1)</sup> certos et legitimos procuratores, ambasciatores, negotiorum gestores et nuncios speciales ac quocumque alio nomine melius dici et nuncupari possint —

1) dantes et concedentes in his scriptis eis et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis sed quod unus ipsorum incepit alius prosequi valeat, mediare et finire plenam, meram, liberam et integrum potestatem, facultatem, auctoritatem et speciale mandatum vice et nomine nostro et pro nobis sanctitati vestrae et coram sanctitate vestra ac ubique eidem sanctitati vestrae placuerit et visum fuerit expedire ad praestandum, concedendum et promittendum, faciendum et confirmandum vice et nomine nostro et pro nobis omnia iuramenta, promissiones, concessiones, donationes, notificationes, confirmationes et caetera omnia, quae olim electi in reges romanorum et assumpti ad imperium sive etiam non assumpti, sive antequam assumerentur sive post, per se vel alios summis pontificibus et sanctae Romanae ecclesiae seu eorum alteri per se vel alios recipientibus seu recipienti reperiuntur suis temporibus praestitisse, fecisse, confirmasse seu quomodolibet concessisse.

2) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuiilibet eorum in solidum potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad annullandum et revocandum,

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *vero.*

nulla et irrita pronunciandum omnia, quae dicta et facta sunt contra dominum quondam felicis recordationis dominum papam Joannem XXII et contra ecclesiae determinations et quaecumque alia titulo imperiali dicta vel facta per nos existunt, et ad pronunciandum ea irrita atque nulla sicut<sup>1)</sup> de facto dicta vel facta existunt.

3) Item, quia per dominum Henricum imperatorem ultimum seu auctoritate ipsius plures processus et etiam plures sententiae capitales et proscriptiones bonorum et aliarum poenarum et mulctarum diversarum inflictivae diversis temporibus promulgata fuisse dicuntur tam contra excellenter principem dominum Rupertum regem Siciliae illustrem, et contra magnificos viros dominos Philippum quondam principem Taranti, et Joannem ducem Duratii tunc principem Achaiae quondam eiusdem regis germanos ac etiam contra vassallos, et alios eidem regi Siciliae mediate vel immediate subiectos regni Siciliae, et comitatus Provinciae, et Folcholquerij, et Pedismontis, et aliarum terrarum eiusdem regis Siciliae quam contra nonnullos cives, et incolas civitatis<sup>2)</sup> Romanae nec non contra civitatem, et commune Florentiae ac potestatem, capitaneos, officiales, ministros et nonnullas singulares eiusdem civitatis personas ac etiam contra plures alias civitates et loca et contra nonnullas personas singulares, quae quidem civitates et personae tempore dicti domini Henrici adhaeserunt regi Siciliae praefato; — damus praedictis nostris procuratoribus, et cuilibet eorum in solidum potestatem ad promittendum et obligandum, quod omnes huiusmodi processus et sententias propter quoscumque etiam vel qualescumque excessus, inobedientias, rebelliones et iniurias ipsi processus facti fuerint et sententiae promulgatae,

<sup>1)</sup> Im Cod. *sint.*

<sup>2)</sup> Im Cod. *civitates.*

postquam assumpti fuerimus a sanctitate vestra in regem Romanorum, revocabimus ac eos et effectum eorum annullabimus et tollemus in totum et quicquid etiam ex eis sequutum est vel ob eos vel sequi posset ex eo vel aliquo eorum, et quod insuper omnes excessus, rebelliones, inobedientias, iniurias et offensas, qui vel quae commissi seu commissa fuerunt per supradictos vel eorum aliquos seu aliquem et per civitates, communites et loca praedicta in partibus Italiae contra praefatum dominum Henricum vel suos officiales seu contra imperium quovis modo remittemus, tollemus et penitus abolebimus et integrum adversus praedicta restituemus omnes et singulos suprascriptos ac civitates, communites et loca praedicta sic, quod illorum occasione vel causa ipsi vel successores eorum non possint per nos vel nostros quoslibet successores vel per alios nostro vel successorum nostrorum nomine nullo unquam tempore impetri seu inquietari vel etiam alias quomodolibet molestari.

4) Item damus praedictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum potestatem ut supra ad pronunciandum et declarandum vice et nomine nostro et pro nobis omnes processus factos et quaslibet sententias latas et quaecumque alia quocumque nomine censeantur Romae seu ubicumque alibi gesta per nos vel per alios nostro nomine vel auctoritate sub imperiali titulo illa cassa et irrita esse et illa etiam, quatenus processerunt de facto ad annullandum et penitus revocandum. Specialiter etiam damus ipsis, et cuilibet eorum in solidum nomine quo supra ad revocandum donationes terrarum Ecclesiae in speciali, si quae per nos vel auctoritate nostra facta sunt vel apparent vel in futurum apparebunt.

5) Item damus dictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis, ob reverentiam sanctitatis vestrae et sanctae Romanae ecclesiae et etiam propter bonum pacis, ad dandum (et) conceden-

dum vobis et successoribus vestris irrevocabiliter plenam et libera-  
ram potestatem per biennium duraturam et computandum a  
tempore, quo approbati fuerimus et potestatem huiusmodi con-  
cesserimus vestrae sanctitati, quietandi et remittendi omnibus  
civitatibus et communitatibus quorumcumque locorum omnium  
partium Italiae, nec non de quibuslibet personis singularibus  
partium earumdem cuiuscumque status aut conditionis existant,  
omnes iniurias, rebelliones, inobedientias et offensas commissas  
hactenus quandocumque et quomodocumque contra imperium  
et reges ac imperatores Romanos seu officiales, ministros vel  
gentes eorum a quinquaginta annis et ultra ac etiam pro-  
cessus quoscumque et quascumque sententias inde sequutas,  
quatenus ad reges et imperatores eosdem, qui fuerint pro  
tempore, pertinuerit cognitio et punitio praedictorum et ad  
nos, si in regem Romanorum aut etiam in imperatorem as-  
sumpti fuerimus, illorum prosequutio iure regni vel imperii  
poterit pertinere, tollendi, cassandi, revocandi et totaliter  
annullandi poenasque quaslibet corporum et bonorum mulcas  
etiam et infamias a iure vel ab homine illorum excessum  
occasione vel causa inflictas vel infligi possibles, in futurum  
infringendi et penitus abolendi, et contra praedictos excessus  
processus, sententias et infamias huiusmodi in integrum re-  
stituendi et alias de illis et super illis omnibus et singulis,  
quandocumque et quotienscumque vestrae sanctitati placuerit,  
insimul vel divisim per vos vel alium ordinandi vel dispo-  
nendi alte et basse pro vestrae libito voluntatis quidquid Ve-  
stra placuerit Sanctitati, et hoc in scriptis vel sine scriptis  
nobis etiam absentibus et non vocatis nec alio quocumque  
pro nobis, ad promittendumque ratum <sup>1)</sup> et gratum pro nobis  
nostris etiam successoribus, nos habituros quicquid super prae-  
fatis et eorum quolibet <sup>2)</sup> per vos seu successores vestros re-

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *gratum*.

<sup>2)</sup> Im Cod. *quodlibet*.

missum, taxatum, sublatum, annullatum, revocatum, restitutum et abolitum fuerit vel quomodolibet ordinatum et super hoc sufficientes et patentes<sup>1)</sup> dabimus litteras nostro communitas sigillo, quotiens super hoc fuerimus requisiti iuxta voluntatem vestrae sanctitatis *hoc tamen adiecto, quod si durante tempore praedicto contingenter nos in Italiam proficisci et illi vel aliqui ex eis, de quibus praemittitur, nobiscum amicabiliter convenienter, possimus eis remissionem et alia praemissa facere, nisi interim dominus papa, qui pro tempore fuerit, remisisset, concessione vestrae sanctitati super hoc facta nequaquam obstante, quae tamen in suo pleno effectu remaneat quoad omnia alia, de quibus sic non duximus ordinandum.*

6) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam et liberam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum et in animam nostram iurandum, quod non occupabimus nec recipiemus nec acquiremus nec quovis modo usurpabimus Romam, aut provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venesinum, terras alias seu territoria vel loca ecclesiae Romanae in Italia vel ubilibet extra Italiam constituta et specialiter regna Siciliae, Sardiniae et Corsicae, quae directo dominio, iure et feudo eiusdem ecclesiae Romanae esse noscuntur, nec alia feuda, retrofeuda, seu quaelibet alia loca ad eamdem ecclesiam mediate vel immediate spectantia nec iura, personas vel res alias in eisdem, nec dabimus nec concedemus ullo unquam tempore in perpetuum vel ad tempus aliquid de praedictis sub colore, conditione vel titulo quibuscumque.

7) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine

<sup>1)</sup> Im Cod. *patientes.*

nostro et pro nobis ad promittendum et in animam nostram iu-  
randum, quod praedictam Romanam ecclesiam, aut vos seu suc-  
cessores vestros vel officiales, ministros, vassallos et subditos  
eorum non inquietabimus vel quomodolibet non molestabimus  
in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus,  
oppidis, castris, comitatu Venesino, terris aliis et territoriis su-  
pradicis seu alio praefatorum nec in casu etiam aliquo reges  
praefatorum regnorum aut ministros, vassallos et subditos  
eorumdem in regnis praedictis seu pro eis vel aliqua eorum  
parte aliquatenus molestabimus nec aliquod dominium, iuris-  
dictionem, superioritatem, servitutem, potestariam, capita-  
neatum vel officium quocumque <sup>1)</sup> nomine censeatur accipiemus  
vel per nos vel per alios exercebimus in praefatis Roma, re-  
gnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis,  
castris, comitatu Venesino <sup>2)</sup>, locis, terris aliis et territoriis su-  
pradicis vel in aliquo de eisdem nec etiam fidelitatem, reco-  
gnitionem, advocationem aliquam quovis modo recipiemus pro  
Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus,  
oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris aliis et ter-  
ritoriis supradictis, vel pro aliquo eorumdem, nec etiam pro  
quibuscumque rebus vel iuribus in praemissis Roma, regnis,  
provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris,  
comitatu Venesino <sup>2)</sup>, locis, terris aliis et territoriis supradictis,  
vel in eorum, vel aliquibus eorum pertinentiis constitutis  
etiamsi Nobis a quibuslibet civitatibus, vel personis singula-  
ribus offerentur, nec etiam qualecumque vendicabimus, acqui-  
remus, vel occupabimus, seu quomodolibet per Nos, alium vel  
alios usurpabimus, recipiemus vel exercebimus, nec concede-  
mus etiam recipi vel haberi in Roma, regnis, provinciis, du-  
catibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, <sup>2)</sup> locis,

---

1) Im Cod. *quodcumque*.

2) Im Cod. *Venisino*.

terris aliis et territoriis supradictis, et specialiter in provinciis, civitatibus, terris et locis et territoriis eorumdem expressis in quibusdam litteris dicti domini quondam H. Imperatoris, quarum tenor sequitur in haec verba :

*Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Clementi sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum. Ferventi desiderio cupientes, sanctitatis vestrae pedibus et apostolicae sedi toto corde et animo zelum nostrae reverentiae, fidei et devotionis offerre vestris sanctis monitis, exhortationibus et mandatis nos pro viribus coaptando et honorem vestrum et sanctae Romanae ecclesiae et aliarum ecclesiarum iura diligere et pro posse protegere ac conservare, attentes propensius, quod nihil est, quod lumine clariore praefulgeat, quam recta fides in principe nihilque est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio et quod ad Dei timorem servandum mandataque eius custodienda factus est omnis homo sed praecipue imperialis et regalis potestas, quae a domino Deo est, et ad eius ministerium exequendum et ad fidem et reverentiam sui nominis dilatandam in omnes regiones et regna, promittimus et obligamus nos cum omni efficacia Deo omnipotenti vobisque domino Clementi summo pontifici vestrisque successoribus ac sacrosanctae sedi apostolicae et Romanae ecclesiae, quae ecclesiarum omnium est caput et magistra, quod sacrosanctam catholicam et apostolicam ecclesiam fidemque catholicam fundatam supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso scilicet angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in cuius nomine omne genuflectitur caelestium, terrestrium et infernorum nec nomen est aliud sub caelo, in quo salvari oporteat, credentes toto corde et animo, pura fide et sancta intentione conservabimus, reverebimur atque defendemus totis viribus et toto posse, ac*

omnem haeresim et schisma extollentem se contra sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam exterminabimus pro viribus ac omnes haereticos, cuiuscumque sectae et conditionis existant, facies quidem habentes diversas sed caudas ad invicem colligatas, qui vineam domini Dei Sabaoth perdere et vastare nituntur, omnesque fautores, adiutores, valitores et receptatores ac defensores eorum ac quod nullo tempore coniungemur, confederabimus parentela vel foedere vel unione quacumque cum quocumque Saraceno vel pagano vel schismatico et rege vel principe vel quocumque alio fidei catholicae communionem non habente neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romanae ecclesiae vel eidem manifeste suspecto. Item promittimus et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, quod personam vestram, statum et honorem, et successorum vestrorum contra quemcumque seu quoscumque homines, cuiuscumque status praeeminentiae vel dignitatis existant, conservabimus, defendemus, manutenebimus nec non omnia privilegia regum, principum et Romanorum imperatorum praedecessorum nostrorum, cuiuscumque tenoris vel continentiae existant, quocumque tempore concessa sanctae Romanae ecclesiae, Romanis pontificibus et sedi apostolicae et quibuscumque ecclesiis, praelatis et ministris ipsarum conservabimus et manutenebimus nec aliquo unquam tempore contraveniemus vel aliquem, quantum in nobis erit, venire permittemus quacumque occasione vel titulo allegato iuris vel facti, immo ad perpetuam rei memoriam et sanctae ecclesiae securitatem atque cautelam ipsa privilegia omnia pro nobis et successoribus nostris ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus prout melius et plenius possumus ex certa scientia cum omni efficacia et effectu; volentes ac etiam decernentes, quod ipsa generalis ratificatio, confirmatio, recognitio, innovatio et de novo concessio perinde robur obtineant perpetuae firmitatis ac si omnia et singula privilegiorum verba singulariter et expresse ac de verbo ad

verbum praesentibus inserta fuissent. Specialiter autem et expresse cum omni efficacia et effectu supradictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus omnia privilegia Constantini, Caroli, Henrici, Ottonis IV Federici ij atque Rudolphi regum, et principum, seu imperatorum Romanorum, quocumque tempore concessa super quibuscumque cuiuscumque continentiae vel tenoris existant sanctae Romanae ecclesiae Romanisque Pontificibus et apostolicae sedi. Promittimus etiam et obligamus nos cum omni efficacia et effectu omni iure et forma, quo melius et efficacius fieri potest, manuteneret et conservare omnia privilegia, cuiuscumque tenoris vel conditionis existant, et nullo unquam tempore contravenire vel aliquem, quantum in nobis est, venire permettere quacumque occasione vel causa vel titulo allegato iuris vel facti per quoscumque reges vel principes seu imperatores Romanos et praecipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Ottонem quartum Fridericum 2<sup>m</sup> atque Rudolfum concessa sanctae Romanae ecclesiae ac Romano pontifici et apostolicae sedi super recognitione, innovatione, advocatione, concessione, quietatione et renunciatione et libera dimissione terrarum et provinciarum sanctae Romanae ecclesiae ubicumque positarum, praecipue marchiae Anconitanae cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus suis integraliter cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, exarchatus Ravennae et Pentapolis et Romaniolae et Bertenorij comitatus cum civitate Bononiae et cum civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, vallis quoque quae Spoletana dicitur sive ducatus cum ciuitate Perusij atque Castelli et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, Massa quoque quae Trabaria nuncupatur cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus

iuribus et iurisdictionibus earumdem, Patrimonium b. Petri in Tuscia cum civitatibus Tuderti, Narniae, Urbis Veteris et Reate et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus ac confinibus integraliter cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, comitatus quoque Sabinae cum civitate Interamnensi, et cum arce Caesarum et terra, quae dicitur Arnulphorum, cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, comitatus quoque Campaniae atque Maritimae cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus suis integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, et ex abundanti de novo et ad maiorem cautelam supradictas omnes terras atque provincias cum omnibus iuribus et iurisdictionibus, terminis, limitibus atque confinibus earumdem et ius et possessionem atque proprietatem ipsarum cum omni plenitudine recognoscimus iure plenissimo ad ius et proprietatem sanctae Romanae ecclesiae spectare ac omnimode pertinere, ac ipsas omnes terras atque provincias donamus, innovamus atque concedimus, quietamus libere et dimittimus, restituimus et renunciamus nec non ad omne(m) scrupulum removendum et, ut pax, quies atque tranquillitas inter ecclesiam et imperium iugiter vigeat et futuris dante Domino temporibus feliciter augeatur et omnis contentionis et dissentionis cuiuslibet materia praecludatur prout melius et efficacius fieri et intelligi potest, concedimus ipsas, confirmamus et donamus de novo promittentes et obligantes nos, prout pleniū et efficacius possumus, quod nullo unquam tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus civitates, loca, castra, terras provincias supradictas vel aliquam ipsarum vel earum partem nec in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum parte iurisdictionem aliquam per nos vel alium geremus vel exercebimus nec iura aliqua, possessiones vel tenutas habebimus vel posside-

bimus in eisdem terris vel provinciis<sup>1)</sup> vel aliqua ipsarum seu parte earum, nec officium aliquod geremus per nos vel per alium potestariae seu quocumque nomine censeantur in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum parte. Et quod tanquam princeps catholicus, advocatus et defensor sanctae Romanae ecclesiae iuvabimus ipsam sibique assistemus contra quoscumque occupantes, invadentes et turbantes provincias ipsas, civitates, loca, castra et terras vel aliqua ipsarum vel earum partem et quoscumque inobedientes seu rebelles ecclesiae praecipue in provinciis, civitatibus, locis, castris et terris eisdem in nullo favebimus vel manutenebimus seu per quoscumque faveri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus, sed contra ipsos assistemus consiliis et auxiliis et favoribus opportunis sanctae Romanae ecclesiae ac Romanis pontificibus et apostolicae sedi, quounque rebelles et subditi ad plenam reverentiam et obedientiam reducantur. Promittentes quoque sanctam Romanam ecclesiam et ecclesias alias ac libertatem ecclesiasticam et bona et iura, praelatos et ministros ipsarum manutenere, conservare et pro viribus defensare, vassallos quoque Romanae ecclesiae contra iustitiam non offendere, et quod devotos et fideles ecclesiae etiam in imperio constitutos benigne tractabimus et contra iustitiam non opprimemus nec per alium, quantum in nobis est, opprimi permittemus, sed conservabimus in iuribus et iustitiis earumdem. Praedicta autem omnia et singula inviolabiliter observare et observari facere et nullo unquam tempore contravenire iuramus ad sancta Dei evangelia tacto libro in manibus discreti viri Joannis de Malau scolastici ecclesiae Tullensis nostri cappellani nomine Romanae ecclesiae, et sedis apostolicae ac vestro et de vestro mandato specialiter recipientis, de qua etiam receptione tam per nostras patentes quam per ipsius reci-

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *terras vel provincias.*

pientis litteras seu publicum instrumentum plene constat. Et ad praedictorum omnium perpetuam rei memoriam et sanctae Romanae ecclesiae ac sedis apostolicae et Romanorum pontificum auctoritatem atque cautelam praesentes litteras regiae maiestatis sigillo munitas fecimus communiri, promittentes et obligantes nos cum omni efficacia et effectu, quod post Imperialis diadematis coronam suscep tam praedicta omnia ratificabimus, confirmabimus et recognoscemus, faciemus et observabimus atque iurabimus, de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus litteras quadruplicatas harum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam et ad securitatem et cautelam vestram ac successorum vestrorum et sanctae Romanae ecclesiae, et apostolicae sedis imperialis maiestatis typhario communitas. Datum Lusannae quinto idus Octobris anno Domini 1310, regni vero nostri anno 2º.<sup>1)</sup>

8) Item pro praedictis adimplendis et observandis damus praedictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra ad recipiendum vice et nomine nostro paenas infrascriptas et ad obligandum nos et astrin- gendum ad easdem videlicet, quod si super praemissis vel aliquo praemissorum, quae in dictis duobus articulis imme- diate praecedentibus continentur, molestaverimus seu mole- stari fecerimus Romanam ecclesiam, regna, provincias, du- catus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venesinum, loca, terras alias et territoria supradicta vel aliquid eorumdem invadendo, occupando seu quomodolibet acquirendo vel eorum aliquid in toto vel in parte aliqua, nisi super hoc moniti per Romanum pontificem vel auctoritate ipsius infra tres menses post monitionem huiusmodi immediate sequentes a taliter attemptatis destiterimus et ea omnia ac singula, in quibus offenderimus, in pristinum statum reduxerimus, excommuni-

---

1) S. hierüber die Bemerkungen am Schlusse.

cationis sententiam cum valitoribus et sequacibus nostris eo ipso incurramus. Et si infra tres menses dictos alios tres menses immediate sequentes hoc non fecerimus, tota terra nobis subiecta ad hoc nobis vel nostris praebens auxilium vel favorem sit eo ipso ecclesiastico supposita interdicto. Quod si infra tres menses alios praedictos sex menses immediate sequentes monitioni praedictae non paruerimus cum effectu et per alios tres menses praedictos novem menses immediate sequentes de gratia expectati monitioni non paruerimus, ut praefertur, liberum sit Romano pontifici, prout sibi expedire videbitur, ad alias poenas procedere contra nos privando etiam nos, si sibi videbitur, imperiali, regia et qualibet alia dignitate absque alia vocatione vel juris solemnitate. Monitio tamen praedicta sic fiat, si commode fieri possit, ut nos personaliter apprehendat<sup>1)</sup>; quod si sic non possit commode fieri, super quo stare promittimus simplici assertioni domini nostri summi pontificis, possit fieri ipsa monitio in Romana curia per edictum publicum et solemne, sicut consueverunt fieri in Romana curia citationes et processus contra absentes, quorum praesentia sive domicilia non possunt libere tuteve adiri.

9) Item damus praefatis procuratoribus nostris plenam potestatem ut supra et cuilibet eorum in solidum ad promittendum vice et nomine nostro ac pro nobis et in animam nostram iurandum, quod ad evitandam occasionem veniendi contra praedicta vel aliquod praedictorum ante diem nobis pro coronatione nostra imperiali praefigenda non ingrediemur urbem Romanam, quodque eadem die, vero ac legitimo impedimento cessante, imperiale recipiemus coronam et, si illa die fuerimus vere ac legitime impediti, die alia dictam accipiemus coronam et ipsa die qua coronam huiusmodi recipiemus dictam urbem, vero ac legitimo impe-

---

1) Im Cod. *apprehendat*.

dimento cessante, exhibimus cum tota quantum in nobis fuerit gente nostra, et cessante etiam impedimento legitimo continuatis moderatis dietis extra totam terram ecclesiae nos nostro gressu transferemus versus terras nobis subiectas, nunquam postmodum ad urbem vel alias terras ecclesiae Romanae, nisi de speciali licentia sedis apostolicae accessuri et, sive ibi sive alibi Imperialem receperimus coronam, terras ecclesiae non intrabimus nec in eis manebimus.

10) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum et in animam nostram iurandum, quod super iis vel eorum aliquo nullum impedimentum singemus aut praestabimus, aut fangi vel praestari per nos vel alios, quantum in nobis fuerit, permittemus. Item vice et nomine nostro et pro nobis, ad promittendum et in animam nostram iurandum, quod contra praefata aut eorum aliquod nullatenus per nos vel alios veniemus et, si contrarium quovismodo contingere fieri per nos vel alios nostro nomine quantumcumque, statim cum hoc ad nostram notitiam deductum fuerit, illud revocabimus et faciemus, quantum in nobis fuerit, effectualiter revocari et pro non facto volemus et decernemus haberi.

11) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra, si per prae-  
fatum dominum Henricum imperatorem vel per nos seu quem-  
cumque aliud vel alios nostro vel alterius nostrum <sup>1)</sup> nomine  
seu auctoritate aliquae sententiae fuerint promulgatae seu  
processus aliqui facti seu arrestationes personarum aut rerum  
aut aliqua ad iurisdictionem pertinentia quantumcumque at-  
temptata in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus,  
civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris  
aliis et territoriis supradictis vel aliquo eorumdem mediate  
vel immediate subiectis, illa omnia vice et nomine nostro et

---

<sup>1)</sup> Cod. *nostro*.

pro nobis ad decernendum et promulgandum esse nulla; quodque, si aliquae fidelitates, homagia, obedientiae, advocationes, donationes, obligationes, occupationes seu concessions qualescumque a praefato domino Henrico vel a nobis aut altero nostrum per nos vel alium seu alios factae fuerint seu receptae pro Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris aliis et territoriis supradictis vel eorum aliquo vel pro quibuslibet rebus et iuribus in eis vel sub eis etiam constitutis a quibuscumque civitatibus vel personis etiam singularris quovis modo, ad pronunciandum illa omnia nulla fore et ad revocandum totaliter, quatenus processerunt de facto; et vice et nomine nostro ad promittendum et firmandum, quod ea etiam omnia et singula pro non facto volemus, decernemus et promulgabimus haberi.

12) Item damus dictis procuratoribus nostris et eorum cuiilibet in solidum potestatem ut supra vice et nomine nostro ad promittendum et iurandum, quod non ingrediemur partes Italiae, nec in eis, nec de eis per nos vel alium seu alios aliquid administrabimus aut quomodolibet disponemus, donec approbationem apostolicam personae nostrae fuerimus assecuti.

13) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuiilibet eorum in solidum potestatem ut supra vice et nomine nostro ac pro nobis ad promittendum ut supra, quod, quandcumque post approbationem praefatam in Lombardiam et Tusciam vel eorum alterum aliquem vel aliquos mittemus vel constituemus in eis, faciemus eum vel eos iurare, ut adiutor et adiutores domini papae et eius officialium sint ad defendendum Romanam ecclesiam nec non regna, provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venesinum, loca, terras alias et territoria supradicta. Item, quod non occupabunt nec recipient nec acquirent nec quovis modo usurpabunt Romam aut provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venesinum, loca, terras alias et territoria supra-

dicta Romanae ecclesiae in Italia vel ubilibet extra Italiam constituta, et specialiter nec regna Siciliae, Sardiniae et Corsicae, quae de directo dominio, iure et feudo eiusdem Romanae ecclesiae esse noscuntur, nec alia feuda, retrofeuda seu quaelibet alia loca ad eamdem ecclesiam mediate vel immediate spectantia, nec iura, personas vel res aliquas in eisdem, nec dabunt nec concedent ullo unquam tempore in perpetuum vel ad tempus aliquid in praedictis sub colore, conditione vel titulo quibuscumque. Item, quod praedictam Romanam ecclesiam aut vos seu successores vestros vel officiales, ministros, vassallos et subditos eorum non inquietabunt vel quomodo-libet molestabunt in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris aliis et territoriis supradictis seu aliquo praedictorum, nec in casu etiam aliquo reges praedictorum regnorum aut ministros, vassallos et subditos eorumdem in regnis praedictis seu pro eis vel aliqua eorum parte aliquatenus molestabunt, nec aliquod dominium, iurisdictionem, superioritatem, servitudinem, potestariam, capitaneatum vel aliud officium quocumque, quocumque nomine censeatur, accipient aut per eos vel alios exercebunt in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris aliis et territoriis supradictis vel in aliquo de eisdem, nec etiam fidelitatem<sup>1)</sup>, recognitionem, advocationem aliquam quovis modo recipient per se, alium vel alios pro Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris aliis et territoriis supradictis vel in eorum vel aliquibus eorum pertinentiis constitutis, etiam si eis vel

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *fidelitate*.

alicui eorum a quibuslibet comitatibus vel personis singularebus offerentur, nec etiam ius aliud qualemcumque vendicabunt, acquirent vel occupabunt, seu quomodolibet per se vel alium seu alios usurpabunt vel exercebunt, nec concedent etiam recipi vel haberi in Roma, regnis, provinciis, ducatibus, comitatibus, civitatibus, oppidis, castris, comitatu Venesino, locis, terris aliis et territoriis supradictis vel in aliquo de eisdem et specialiter in provinciis, civitatibus, terris, territoriis eorum et locis<sup>1)</sup> expressis in praedictis litteris dicti domini quondam Henrici imperatoris.

14) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuiilibet eorum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad acceptandum, quod, si huiusmodi officiales nostri vel eorum aliquis super praemissis vel aliquo praemissorum, quae in dictis duobus articulis immediate praecedentibus continentur, molestaverint seu molestari fecerint Romanam ecclesiam regna, provincias, ducatus, comitatus, civitates, oppida, castra, comitatum Venesinum, loca, terras alias et territoria supradicta vel aliquod eorumdem invadendo, occupando, seu quomodolibet acquirendo illa vel aliquod praedictorum in toto vel in parte aliqua, ultra perjurium in quod incident, sententiam excommunicationis ipso facto incurvant et, nisi infra duos menses ab attemptatis destiterint et ea omnia, in quibus offenderint, in pristinum statum reduxerint, poenam privationis privilegiorum, quae a Romana ecclesia vel aliis ecclesiis, et feudorum, quae ab ecclesia Romana vel aliis ecclesiis tenent et ab ipso Imperio, incurvant.

15) Item damus praefatis procuratoribus nostris et cuiilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum, quod praedictos officiales nostros per nos in Lombardiam vel Italiam mittendos iurare faciemus, quod nullam iurisdictionem exercebunt in Roma, regnis et terris ecclesiae supradictis.

---

<sup>1)</sup> Die Worte von *et specialiter* ab zweimal geschrieben.

16) Item damus dictis procuratoribus nostris et eorum cui-libet in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum et in animam nostram iurandum, quod omnes supradictas promissiones et iuramenta et etiam infrascripta renovabimus et iterum faciemus singulariter et expresse post approbationem personae nostrae infra triduum in persona propria, si praesentes fuerimus, si vero non, idem faciemus fieri per procuratores nostros ha-bentes ad hoc sufficiens et speciale mandatum.

17) Item damus dictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum, quod nihilominus post consecrationem et coronationem imperiale, infra octo dies consecrationem et coronationem eamdem immediate sequentes, pro firmitate maiori omnium praedictorum ipsa omnia et sin-gula ratificabimus et etiam renovabimus singulariter et expres-se, et super praemissis omnibus et singulis et qualibet vice de praedictis iuxta praemissam distinctionem ipsorum dabimus litteras nostras quadruplicatas eiusdem tenoris patentes et sufficientes et sigillo, quo dictis utemur temporibus, commu-nitas.

18) Item damus praedictis procuratoribus nostris et cui-libet eorum in solidum plenam et liberam potestatem et spe-ciale mandatum ad iurandum in animam nostram, quod nul-lam omnino promissionem, nullum pactum nullumque iura-mentum nec aliquod aliud faciemus<sup>1)</sup>, per quod praemissis vel eorum alicui posset in aliquo quomodolibet derogari, et quod illi vel illis ad hoc per sanctitatem vestram specialiter depu-tandis et notariis tanquam personis publicis, pro vobis ac pro Romana ecclesia ac pro omnibus supra expressis, quocumque nomine censeantur, ac etiam pro omnibus aliis quorum in-terest vel intererit seu interesse poterit in futurum, reci-pientibus et solemniter stipulantibus, promittemus et super

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *fecimus.*

sáncta Dei evangelia corporaliter manu tacta iurabimus, omnia praedicta et singula nos facturos, et completueros et nullo unquam tempore per nos vel alios contra illa vel aliqua de illis quovis modo venturos, et si, quod absit, contingere nos facere, dicere, promittere vel iurare aliqua vel aliquid quae<sup>1)</sup> praemissis vel praemissorum alicui possent aliqualiter obviare, vel (aliquem) nos ad aliquod secum agendum inducere vel nobis occasionem agendi contra praedicta vel aliquid praedictorum quomodolibet ministrare, nihilominus (iis) nequaquam obstantibus praedicta omnia complebimus et inviolabiliter observabimus et ad ea complenda et inviolabiliter observanda ex promissionibus et iuramentis praemissis semper nos remanere volumus obligatos; et ex nunc etiam attestamur et protestamur, nos<sup>2)</sup> velle et intelligere omnia praemissa et singula sic exclusa fore ab omnibus factis et faciendis ac promissionibus et iuramentis specialibus et generalibus et per nos quomodolibet factis et faciendis, per quae praemissis vel eorum alicui posset quomodolibet derogari, quod illorum praetextu vel occasione nullo modo liceat licere possit mutare aliquid in praemissis vel facere contra ea vel aliquid de eisdem.

19) Item damus dictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum bona fide, quod intrusos in ecclesiis infra praedictum regnum et imperium consistentes et qui eas contra ius, libertatem, superioritatem et auctoritatem ecclesiae Romanae detinent occupatas vel detinuerint in futurum, si super hoc per sanctitatem vestram vel sedem apostolicam fuerimus requisiti, expellemus ac pro posse expelli faciemus de illis, et provisos per sedem apostolicam iuvabimus et faciemus iuvari, ut ad ecclesias, de quibus eis per sedem apostolicam provisum est vel fuerit in futurum, realiter admittantur suisque iuribus libere uti possint.

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *quod*; vielleicht ist auch *quae vel quod* zu lesen.

<sup>2)</sup> Im Cod. *non*.

20) Item damus dictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum, quod nos bona, plena et sincera fide et quantum in nobis erit procurabimus, quod principes <sup>1)</sup> et praelati et barones et maiores de Alemania iurabunt et sub litteris sigillis eorum sigillatis sese obligabunt, quod, si non servaremus praemissa supradicta vel aliquid praemissorum, quod (*sic*) nos non iuvabunt, sed contra nos erunt et ecclesiam adiuvabunt.

21) Item damus praedictis procuratoribus nostris plenam potestatem ut supra ad liberandum et absolvendum vice et nomine nostro et pro nobis principes praedictos ex nunc ab omni iuramento quo essent nobis adstricti, et a fidelitate ex nunc prout ex tunc absolvendum in casu, in quo nos erimus contra ecclesiam vel invademus per nos vel alias urbem Romanam, provincias, regna, ducatus, comitatus, oppida, castra, comitatum Venesinum, loca, terras alias et territoria supradicta aut aliquid de eisdem.

22) Item damus praedictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro ad promittendum, quod circa terras, quas dominus rex Siciliae tenet extra terras quas tenet ab ecclesia, faciemus quantum ad commutationem, donationem, confirmationem seu alias, prout vestra sanctitas volet et ipsi Regi erit gratum, quem intendimus tractare sicut consanguineum et affinem praecipuum. Item, ad promittendum vice et nomine nostro et pro nobis, quod dicto domino regi Siciliae offeremus unum filium nostrum uxorandum et gubernandum, prout vestrae sanctitati et ipsi regi videbitur expedire. Item vice et nomine nostro et pro nobis ad promittendum, quod pro securitate fidelium ecclesiae in Tuscia, (in terris) videlicet imperii, faciemus dictum dominum regem Rubertum (*sic*) vicarium nostrum

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *princeps.*

in vita sua irrevocabiliter, si, quantum et prout vestrae sanctitati placebit. Item, ad faciendum vice et nomine nostro et pro nobis cum praefato domino rege Siciliae unionem, confederationem et ligam, prout vestra sanctitas duxerit ordinandum.

23) Item damus dictis procuratoribus nostris, et eorum cuilibet in solidum plenam potestatem ut supra vice et nomine nostro et pro nobis ad consentiendum et promittendum, quod, si in praemissis articulis vel aliquo eorumdem aliquid esset ambiguum, dubium et incertum, declarationi, interpretationi, correctioni et suppletioni ac ordinationi sanctitatis vestrae et domini summi pontificis, qui pro tempore fuerit, stabimus cum effectu.

24) Insuper damus et concedimus praedictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam, meram et libera-  
ram facultatem, auctoritatem et speciale mandatum, vice et nomine nostro et pro nobis, coram sanctitate vestra et ubi-  
cumque sanctitati vestrae placuerit vel visum fuerit expedire,  
obedientias, promissiones, concessiones, donationes, ratifica-  
tiones, annulationes et revocationes quascumque et quales-  
cumque superius expressas aut non expressas concedendi, pro-  
mittendi, faciendi, firmandi, confirmandi, finiendi et perficiendi;  
securitates etiam, cautiones, firmitates, cautelas et obliga-  
tiones nec non penitentias et poenas in praedictis articulis  
expressas quascumque et qualescumque ex parte nostra exhibi-  
bendi, offerendi, suscipiendo, faciendo, complendi, firmando et  
perficiendo, et etiam nos ad observationem eorumdem omnium  
et singulorum et uniuscuiusque ipsorum astringendi et obli-  
gandi; confederationem insuper, ligam, concordiam et unionem  
cum magnifico principe rege Roberto ad ordinationem et vo-  
luntatem sanctitatis vestrae vice et nomine nostro faciendo,  
firmando, complendi, perficiendo et roborandi sub poenis, cau-  
tionibus, obligationibus, cautelis et firmitatibus quibuscumque,  
et cautiones, obligationes, poenas et cautelas similes ab eodem

rage nomine nostro recipiendi et stipulandi; suprascriptis articulis omnibus, singulis et unicuique ipsorum addendi, superaddendi, supplendi et adiungendi, ac ipsos et quoslibet<sup>1)</sup> eorum mutandi, corrigendi et emendandi; omnia et singula iuramenta, prout supra in articulis sunt conscripta, ac omnia et singula iuramenta per imperatorem Henricum ultimum et alios reges et imperatores Romanos praestita, et quaecumque alia iuramenta, quae sanctitati vestrae praestanda videbuntur in quocumque casu seu causis suprascriptis vel aliis quibuscumque nomine et vice nostro et in animam nostram iurandi, praestandi et faciendi; praemissa etiam omnia et singula et unumquodque ipsorum ac generaliter omnia et singula et quaecumque alia dictum negotium tangentia, in toto vel in aliquo aut quacumque seu qualibet sui parte, seu ex eo pendentia directe vel indirecte superius expressa faciendi, gerendi, exercendi, acceptandi, offerendi, laudandi, iurandi, approbandi, complendi, ratificandi, finiendi, firmandi, perficiendi et effectui mandandi singulariter et expresse, etiamsi maiora et graviora existerent quam praemissa, et quae nosmet facere possemus, si praesentes essemus propria in persona, etiamsi mandatum qualecumque et quantumcumque exigant speciale.

25) Promittimus insuper quod praedictos nostros procuratores vel alterum ipsum, pendente coram sanctitate vestra tractatu et negotio nostro praedicto, non revocabimus, et si qua revocatio verbis, factis vel litteris appareret, ipsam pro nulla et irrita haberi volumus, et etiam eam praesentibus irritamus, revocamus et annullamus, ita quod in quemcumque casum et eventum vigorem habere non possit, nec praemissis vel alicui praemissorum officere valeat vel aliqualiter derogare.

Insuper, ut praemissa omnia et singula et unumquodque praemissorum per nos efficaciter compleantur et inviolabiliter observentur, promittimus bona fide et nihilominus sub hypo-

---

<sup>1)</sup> Im Cod. *quaelibet*.

theca et obligatione omnium bonorum et rerum nostrarum, nos et omnia bona nostra praesentia et futura, notariis in frascriptis recipientibus et stipulantibus latissime vice et nomine sanctissimi in Christo patris et domini nostri Benedicti papae xij praedicti, nec non vice et nomine sanctae Romanae ecclesiae ac omnium et singulorum (quorum) interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, obligamus, quod omnia et singula, quae in praemissis et circa praemissa aut quocumque praemissorum per praedictos procuratores et ambasciatores nostros vel alterum ipsorum praestita, promissa, iurata, annullata, revocata, cassata, irrita, remissa, abolita, pronunciata, declarata, concessa, data, acceptata, recepta, laudata, obligata, astricta, decreta, promulgata, liberata, absoluta, commutata, oblata, donata, exhibita, suscepta, suppleta, addita, mutata, correcta, emendata, adiuncta, supplicata, completa, ratificata, finita, concordata, roborata, confirmata, acta, gesta et facta, seu quomodolibet procurata, ordinata, disposita et tractata fuerint, rata, firma, stabilia, solida, permanentia, certa, indubitata, accepta, placida et grata perpetuis habebimus temporibus et ex nunc prout ex tunc habemus, et quod contra ipsa vel ipsorum aliquod in toto vel in parte aliqua nullo unquam tempore veniemus scienter vel faciemus per nos vel alias verbis, litteris, directe vel indirecte, tacite vel expresse, sub ratione, colore, conditione, titulo vel causa quibuscumque, et quod praedictas et praedicta promissiones, iuramenta, confirmationes, annulationes, revocationes, cassationes, irritationes, remissiones, abolitiones, pronunciationes, declarationes, concessions, acceptationes, poenarum receptiones, laudationes, obligationes, constrictiones, cautelas, decreta, promulgationes, liberationes, absolutiones, commutationes, oblationes, donationes, susceptiones, supplicationes, additiones, mutationes, correctiones, emendationes, adiunctiones, supplications, completiones, ratificationes, firmitates et roborationes omnes et singulas, omnia et singula,

ac omnia alia et singula, quae praedicti procuratores nostri vel alter eorum nomine et vice nostra fecerint, aut nos facturos promiserint, nos, postquam assumpti fuerimus in regem Romanorum, faciemus in persona propria coram sanctitate vestra vel alias, ubi et quando sanctitati vestrae videbitur expedire, nec non quod ipsas et ipsa ac omnia et singula praemissa et quodlibet praemissorum de novo muniemus, firmabimus, approbabimus, complebimus, confirmabimus, ratificabimus et roborabimus nostris iuramentis et instrumentis publicis manu publicorum tabellionum confectis, nec non nostris litteris et sigillis, et omni alia firmitate et firmitatibus ac modis, quibus melius valere potuerint et sanctitati vestrae videbitur expedire, et ad maiorem omnium et singulorum roboris firmitatem iuramus super sancta Dei evangelia per nos corporaliter manu tacta, quod omnia et singula suprascripta et etiam quaecumque alia, quae in praemissis et quolibet praemissorum per praedictos procuratores vel alterum ipsorum facta, gesta, promissa, ordinata et obligata fuerunt, tenebimus, adimplebimus cum omni efficacia et effectu, ac ea omnia et singula inviolabiliter observabimus et in contrarium per nos vel alium directe vel indirecte nunquam veniemus. *Non tamen per supradictam constitutionem procuratorum nostrorum et praesens procuratorium et potestatem ipsis procuratoribus traditam priora nostra procuratoria sive aliquod ipsorum sanctitati vestrae transmissa et ex parte nostri praesentata et procuratores nostros in eisdem conscriptos aut aliquem ex eisdem revocare intendimus vel aliqualiter immutare, sed volumus ea potius et omnia in eis contenta nec non omnia et singula, quae virtute ipsorum per eosdem nostros procuratores seu aliquem eorum fiunt, tractantur, geruntur et ordinantur, ac tractata, gesta, facta vel quomodolibet ordinata existunt, in suo pleno robore et efficacia permanere, et supradictos procuratores nostros prioribus nostris procuratoribus unimus, adiungimus et ex certa*

*scientia aggregamus ita, quod quicquid insimul dicti nostri procuratores seu aliqui vel aliquis ipsorum in praemissis vel aliquo praemissorum fecerint, tractaverint, egerint, procuraverint seu ordinaverint, rata, firma et illibata permaneant ac si per nos ipsos fuerint facta, gesta, acta aut etiam ordinata.*

In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem praesentes litteras et procuratoria per discretos viros Fridericum de Ratispona rectorem ecclesiae in Wolfrathusen dioecesis Frisingensis et Herdengum quondam Chunradi clericum dioecesis Babbergensis (*sic*) publicos notario sinfrascriptos publicari mandavimus et sigilli nostri, quo utimur et hactenus usi fuimus, fecimus appensione muniri. Dat. et actum opido nostro Nurembergh 28. die mensis 8.bris anno Domini 1336 praesentibus nobilibus et spectabilibus viris Ludovico duce de Dethke, Bertoldo<sup>1)</sup> comite de Hennebergh, Bertholdo dicto de Neiffen comite de Graispath, ac religiosis viris fratribus Wolframo de Nellenburg magistro et Henrico de Cypplingen commendatore domorum Ulmae et Werdeae dioecesum Constantiensis et Augustensis ordinis fratrum Theutonicorum sanctae Mariae per Alemanniam, nec non discretis viris magistro Ulrico de Augusta nostro prothonotario et Ottone de Rayno canonico ecclesiae Eistetensis notario nostro ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Fridericus de Ratispona<sup>2)</sup> rector ecclesiae in Wolfratshausen dioecesis Frisingensis praescriptus publicus imperiali auctoritate notarius praedictorum procuratorum seu ambasciatorum constitutioni et ordinationi ad omnes et singulos actus praemissos, nec non iuramentis et promissionibus, oblationibus et obligationibus ac omnibus aliis et singulis su-

---

<sup>1)</sup> Die 5 letzten Ruchstaben auf Rasur.

<sup>2)</sup> Cod. *Ratisponsa*.

pradictis per serenissimum principem dominum Ludovicum praefatum gestis et habitis, dum per ipsum agerentur et fierent, una cum praescriptis testibus praesens interfui et ipse vidi et audivi, nec non iuramenta, promissiones, oblationes et obligationes ac omnia alia et singula suprascripta recepi solemniter, et ex officii mei debito legitime fueram stipulatus vice et nomine sanctissimi in Christo (patris) et domini nostri domini Benedicti papae xij praedicti ac vice et nomine sacrosanctae Romanae ecclesiae et omnium ac singulorum, quorum interest vel interesse poterit in futurum, et de ipsius domini Ludovici iusu et mandato praemissa omnia et singula in iis duobus cartis simul conglutinatis et iunctis licet alia manu legaliter conscripta publicavi, examinavi, et ipsis manu propria fideliter subscripsi nec non signum meum consuetum apposui requisitus et rogatus in testimonium omnium praemissorum, anno, die nec non loco praenotatis, in praesentia testium praescriptorum ad hoc vocatorum et specialiter rogatorum.

Loco ☩ Signi.

Et ego Herdengus quondam Chunradi de Bamberg clericus civitatis Bambergensis praescriptus publicus imperiali auctoritate notarius praedictorum procuratorum seu ambasciatorum confectioni et ordinationi ad omnes et singulos actus praemissos nec non iuramentis, promissionibus, oblationibus et obligationibus ac omnibus et singulis supradictis per serenissimum principem dominum Ludovicum praefatum gestis et habitis, dum per ipsum agerentur et fierent, una cum praescriptis testibus praesens interfui ac ipsa vidi et audivi, nec non iuramenta, promissiones, oblationes et obligationes ac omnia alia et singula suprascripta recepi solemniter, et ex officii mei debito legitime fueram stipulatus vice et nomine sanctissimi in Christo domini nostri domini Benedicti papae xij. praedicti ac iure et nomine sacrosanctae Romanae ecclesiae

ac omnium et singulorum, quorum interest vel interesse poterit in futurum, et de ipsius domini Ludovici iussu et mandato, praemissa omnia et singula in his duabus cartis simul conglutinatis et iunctis licet alia manu legaliter conscripta publicavi, examinavi et ipsis manu propria fideliter subscripsi nec non signum meum consuetum apposui requisitus et rogatus in testimonium omnium praemissorum, anno, die nec non loco praenotatis in praesentia testium praescriptorum ad hoc vocatorum <sup>1)</sup> specialiter et rogatorum.

Loco ☧ Signi.

Durch die Auffindung vorliegenden Textes erledigen sich vor allem zwei Fragen betreffs der Verhandlungen Ludwigs d. B. mit der römischen Kurie im Herbste 1336.

1) Zunächst wird das Datum festgestellt, an welchem im Herbst 1336 Wilhelm von Jülich, Ruprecht von der Pfalz und die beiden Grafen Oettingen ihre Vollmachten an die Kurie erhielten. Bekanntlich haben die Regesten der drei Vollmachten bei Muratori (*Antiquitates Ital.* VI, S. 190 VIII E; S. 189 IX C und S. 190, VIII) das Datum des 8. Oct. 1336, während der Druck der einen Vollmacht (disciplinären Inhalts) bei Raynald und Bzovius (l. c.) das Datum des 28. Oct. 1336 trägt.

In meiner schon erwähnten Arbeit über Markwart von Randegg habe ich (Exkurs I. C. 2. S. 72 ff.) durch Gründe verschiedener Art klarzulegen versucht, dass als Datum der Ausfertigung nur der 28. Oct. 1336 in Betracht kommen könne. Meine Darlegung von damals hat eine willkommene handschriftliche Bestätigung gefunden. Nicht nur eine Kopie der Vollmacht disciplinären Inhalts im Cod. Vatic. Cappon. 164

---

1) Cod. *advocatorum*.

(chart. sec. XVI. 4° fol. 163-70) hat, wie der Druck bei Raynal und Bzovius das Datum des 28. Oct. 1336, sondern auch die Kopie der Vollmacht politischen Inhalts im Cod. Barberin. XXXII, 218, welche ich oben zum Abdruck gebracht, trägt dieses Datum.

Da nun nach dem Regest bei Muratori die Vollmacht für die beiden Oettingen an demselben Tage ausgestellt worden ist, wie die zwei Vollmachten für Wilhelm von Jülich und Ruprecht von der Pfalz, so kann auch für sie fortan nur der 28. Oct. 1336 in Betracht kommen.

2) S. Riezler hat in seinem Buche: *die literarischen Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwigs d. B.* Beilage III. A. S. 312-28 aus dem kgl. bayrischen geheimen Hausarchiv in München zwei deutsche Vollmachten Ludwigs d. B. für seine Gesandten in Avignon veröffentlicht. Die eine (S. 312-19) charakterisiert sich ohne weiteres als Auszug aus dem lateinischen Procuratorium disciplinären Inhalts d. d. 28. Oct. 1336, wie es bei Bzovius Annal. eccl. 1336 § 4 vollständig abgedruckt ist. In der zweiten (S. 319-28) sah Riezler einen Auszug aus dem Procuratorium politischen Inhalts d. d. 5 März 1336. gedr. bei Bzovius l. c. 1336 § 2.

Demgegenüber hat K. Müller (*Kampf Ludwigs d. B. mit der röm. Kurie* Bd. II. S. 283) mit Recht auf die Eingangsworte des deutschen Auszugs: "Des andern procuratory anvank ist als daz vorder ze gelicher weis bis an die artikel • hingewiesen, welche nach ihm auf vollständige Identität des Eingangs, der Inscriptio und Salutatio, sowie der Beglaubigung der Gesandten in beiden Vollmachten zu interpretiren sind. Er erklärte folglich die zweite deutsche Vollmacht als Auszug aus einem Procuratorium politischen Inhalts vom Herbst 1336, von dessen Vorhandensein das Regest bei Muratori (*Antiqu. Ital.* VI. S. 189 IX. C) Zeugnis gab. Der von mir gefundene Text dieses Procuratoriums begründet die Müller'sche Inter-

pretation; denn der Eingang des bei Bzovius gedruckten disciplinären und des von mir oben zum Abdruck gebrachten politischen Procuratoriums lautet bis zu den Artikeln beinahe wörtlich gleich.

Aber abgesehen davon zeigt ein von Riezler nicht angestellter Vergleich des Inhalts, dass die zweite der von ihm veröffentlichten Vollmachten unmöglich ein Auszug aus dem Procuratorium vom 5. März 1336 sein kann. Auf Seite 320 findet sich in der deutschen Vollmacht folgender Passus: „wir nemen auch aus, ob in den selben zwayn iaren die selb sache und genad ieman an uns suochet von den selben landen, daz wir den och selb genad getuon muegen, als ab wir iw den gewalt nie geben hieten.“ Wäre nun die deutsche Vollmacht ein Auszug aus dem Procuratorium vom 5. März 1336, so müsste sich in diesem eine diesbezügliche Stelle finden, was jedoch nicht der Fall ist. Wohl aber enthält das von mir gefundene Procuratorium einen solchen Passus, der oben S. 359 f. durch gesperrten Druck hervorgehoben ist. Am Schlusse der deutschen Vollmacht (Riezler l. c. S. 328) steht: „Es stant och in dem procuratory noch mer artikel, di in dem vordern procuratory geschrieben sint und darumb haben wir si an disem ueberhebt und di selben artikel vindet man in dem vordern procuratory nach diesem zaichen.“ Unter den Artikeln der ersten deutschen Vollmacht, welche nach obiger Stelle auch in die zweite gehören, ist auch folgender (Riezler l. c. S. 319): „Wir wellen auch nicht mit diesem procuratoren und procuratory widerrueffen und verwandeln unser vorder procuratores oder procuratori“ etc. — „als ob wir selb getan und geordent hieten“. Vergebens sucht man im Procuratorium vom 5. März 1336 nach einer diesen Wörtern entsprechenden Stelle; dagegen findet sich eine in dem oben gedruckten Procuratorium (S. o. S. 376). Was also K. Müller aus den Anfangsworten der zweiten deutschen Vollmacht geschlossen, dass sie ein Auszug aus dem politischen

Prokuratoriums vom Herbst 1336 sei, erweist sich aus der Vergleichung des Inhalts als feststehende Thatsache.

Die weitere naheliegende Frage nach dem Charakter der Prokuratorien Ludwigs d. B. behalte ich mir für die Zeit vor, wann die „Vatikanischen Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Ludwigs d. B.“, welche S. Riezler im Auftrage der Münchener Histor. Commission herausgiebt, im Druck erschienen sind. Ebenso die Frage, welche Aufschlüsse der gefundene Wortlaut unseres Prokuratoriums über den Fortgang der Verhandlungen im Jahre 1336 giebt.

Eines Wortes der Rechtfertigung bedarf der vollständige Wiederabdruck des Privilegs Heinrichs VII, welches dem oben publicirten Prokuratorium inserirt ist. Obwohl daselbe bereits 4 Mal gedruckt ist (Raynald, Annal. eccles. 1310 n. 3; Bzovius, Annal. eccl. 1336 § 2, dem Prokuratorium vom 5. März 1336 inserirt; Acta Heinrici VII. imp. Romanorum etc. ed. G. Doenniges II, 123 f. u. Fr. Bonaini, Acta Heinrici VII. Rom. imperatoris etc. I, 71 ff.), habe ich mich doch zu einem nochmaligen Abdruck entschlossen, da bei seinem Charakter als integrirender Bestandteil des Prokuratoriums eine *ausführliche* Inhaltsangabe in Form einer *langen* Anmerkung unvermeidlich gewesen wäre; einer solchen Notwendigkeit zog ich einen einfachen Wiederabdruck vor. —

Auf S. 354 ist statt Lipplingen zu lesen Zipplingen.